



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quod Vespasianus, illos qui ex Daud prognati erant conquiri iubet. Cap.
XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

plures alij cum eo sanguinis communione coniuncti. Titus etiam imperator, tanto studio erga meos libros, incendebatur, ut ex illis solis rerum gestarum notitiam, hominibus tradi voluerit, eosque propria manu subscriptos, in vulgus exire praeceperit. Rex Agrippa porro, sexaginta duas epistolas, quibus nos veritatem in scribendo diligenter secutos confirmat, scripsit: quarum, duas hic subieci. At si te cupiditas vlla tener, ea quae de hac re ab illo scripta sunt, cognoscendi, ab ipsis epistolis petas licet. Haec Iosephus ipse de se. Verum de illo hoc modo expositum sit. Ad ea igitur, quae sequuntur, veniamus.

Quod post Iacobum, Simeon Hierosolimitanae ecclesiae praesidebat. CAP. X.

Vbi Iacobus martyrio obiisset, Et Hierusalem paulo post esset capta atque adeo excisa, fama est, apostolos & discipulos Domini, qui adhuc ista lucis vsura fruebantur, vna cum his, quibus cum Domino secundum carnem intercedebat cognatio (plerisque enim istorum ad illud vsque tempus vita suppetebat) ex omnibus locis in vnum couenisse, consiliumque pariter iniuisse, quis in Iacobi locum succedere dignus iudicaretur. Omnes ergo vno consensu Symeonem, filium Cleophae (cuius *Luc. 2.* etiam sacra euangelij scriptura mentionem facit) idoneum habilemque, qui Ecclesiae ibidem institutae sede & praefectura donaretur, existimabant: qui, ut fertur, seruatoris consobrinus fuit. Nam Cleopham, fratrem Iosephi fuisse narrat Hegesippus.

Quod Vespasianus, illos qui ex David prognati erant conquiri iubet. CAP. XI.

Fertur praeterea Vespasianum post vastationem Hierosolymorum, mandasse, ut omnes ex Davidis genere prognati diligenter conquirerentur, quod nemo apud Iudaeos ex illa regia stirpe omnino in posterum superesset: Indeque in Iudaeos maximam denuo cladem & persecutionem fuisse concitatum.

Quod